

DISQVISITIO IURIS FEODALIS

DE

4209.

212

17

1760, 2

FIDE
ANTIQUARVM LITTERARVM
INVESTITVRAE RECENTIORIBVS
MAIORI

QVAM

ILLVSTRIS IURECONSULTORVM ORDINIS
AVCTORITATE

P R A E S I D I O

D. ALBERTI PHILIPPI FRICKII

FACVLATAT. IVRID. ADIVNCTI

AD D. XXIV. DECEMBER. MDCCCLX

IN IVLEO MAIORI

P V B L I C O E X A M I N I

S V B M I T T I T

HENRICVS IVLIVS ERNESTVS BEHM
BRVNNSVICENSIS.

HELMSTADII

TYPIS IOANNIS DRIMBORNIL

DISCOURSUS MARIE LEODAFIS
DE
FIDE
ANTICARVM LITTERARVM
UNIVERSITATIS RECOLLECTIONIS
MOTIVI
CATHERINAE MARIAE THERESA
HISTORIA
ACADOMIA
PRAESIDIO
DIVINITATI LITTERARUM
TACITUS, JULIUS, ALEXANDER
AD DUXIA RECENSIENS MODESTI
IN LIBRO MAGNII
TACITUS ETAMINI
AVANTIA
HENRIOS LUTUS RERUM BREVI
HEMISTICHIA
HEMISTICHIA
TETRAGRAMM

REVERENDISSIMO ILLVSTRISSIMO
ET EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
AVGVSTO ADOLPHO
E BARONIBVS
C R A M M
DYNASTAE IN VOLCKERSHEIM OELPER
IERTZE BOCKENEM CET.
SERENISSIMI DVCIS BRVNSVIC. ET
LVNEBVRGENSIS
ADMINISTRO STATVS
ET
CNSILIA RIO INTIMO
REGIMINIS IN PRINCIPATV BLANCKENBVRGENSI PRAESIDI
DVCATVS BRVNSVICO LVNEBVRGENSIS
ET QVIDEM PARTIS WOLFFENBUTTELENSIS
CAMERARIO HEREDITARIO
S. R. I. LIBERI ET IMMEDIATI CAPITVL
SS. SIMONIS ET IVDAE QVOD EST GOSLARIAE
DECANO
ILLVSTRIS PARTHENONIS STEDERBVRGENSIS
PRAEPOSITO
PRINCIPATVS WOLFFENBUTTELENSIS
ET EPISCOPATVS HILDESIENSIS
CNSILIA RIO PROVINCIALI ET AD AERARIUM
DEPVTTATO
ORDINIS S. ALEXANDRI NEVVSKY
EQVITI
REL.

REVERENDISSIMO FILIASTRISSIMO
ET EXCELENTISSIMO DOMINO
DOMINO
AGASTO ADOLPHO
E BARONIAS

GRAMM
DYNASTAE IN VOLCERNIEN OFFICER
HERSTE BOCKENEM CAR
SEPTENTRIONIS DACIS FRANCIAE ET
LAMBIACIENSIS
DUMINICATO STATA
ET
CONSILIVARI O TITITIO
REGIMENS IN PRINCIPATIA FRANCORUMQUE
DUCATAS KRAINSIO LAMBIACIENSIS
ET GAVISM HARTIS MOLLAVENTIENSIS
CAMERARIO HEREDIDATARIO
E LI LINERI ET ILLADAE GOOD EST OSSTRAIE
22 SICOMIIS ET ILLADAE GOOD EST OSSTRAIE
DECANO

MILLIATIS PARTITIONIBUS EST DEDICARERIS
TRIBALOSITO
TRINICATATAS MOLLAVENTIENSIS
ET EISCOBATAS HEDOESSIENSIS
CONSILIVARIO PROVINCIALI ET AD AVERIAN
DEPUTATO
ORDINIS S. ALFREDIENSIS NEAVEN
E G A I T I
REL

REVERENDISSIME ILLVSTRISSIME
EXCELLENTISSIME
GRATIOSISSIME DOMINE.

Si non ea esset TVA, VIR ILLVSTRISSIME, in me gratia, eaque humanitas numquam satis abs me praedicanda, sed dicenda tamen, ne quid vitii mens mea contraxisse videatur: attamen, quum tanta TVA in rem publicam tam ciuilem, quam literariam sint merita, tamque, qua inter purpuratos aularum Europaearum proceres exsplendescis, illustris gloria, ut quilibet TE obseruare, admirari atque venerari soleat, communis illa, TIBI debita, obseruantia atque veneratio faceret, ut hasce lucubrations leuidenes ex veteri formula TIBI dare, dicare, dedicare audeam. Nunc vero quum me beneficiis ita deuinixeris, vt, si eorum magnitudinem multitudinemque praedicare laudibus sat dignis vellem, non dies me modo, sed et ipsae deficerent ingenii vires: pietas atque grati animi motus exegit aequac flagitauit, ut quoddam huius animi monumentum publice TIBI ponerem, et TIBI, DOMINE DOCTORVM OPTIME, BONORVM vero etiam ERVDITISSIME, hoc ingenioli mei ac studiorum specimen consecrarem. Quod quanvis exiguum sit, atque paruum; tamen, quum, quae TVA animi excelsi magnitudo est, non soleas, nisi ex animo,

animo, pietatem aestimare; non dubito, quin hanc meae
venerationis aeternum duraturae significacionem propitio
vultu et benignitate solita sis accepturus. Quod si mihi
contigerit, continget autem certissime, uberrimum hunc
fructum meorum studiorum esse, summumque dignitatis
splendorem huic exercitationi meae accessisse arbitrabor. Cae-
terum summa, qua decet, animi obseruantia rogo, ut per-
suasum TIBI, VIR ILLVSTRISSIME, habeas, me omni
studio elaboraturum, ut TVVS fauor, benevolentia et me-
rita non in indignum collata esse videantur: quem, scio,
TE, TVORVM beneficiorum, pro TVO excelsō animo, ex-
istimare, fructum esse laetissimum. Ita vale, VIR ILLV-
STRISSIME, cum ILLVSTRI GENTE TVA quam diut-
issime, et patere, ut, ipso Musarum choro adprobante, in
TVA persona per longissimam annorum seriem litteris sta-
torem, iustitiae vindicem, bonis omnibus patronum, pa-
triae ciuitumque Brunsuicensium dulce decus, rebus denique
meis gravissimum praesidium ardentissimis a Diuino Nomi-
ne precibus exposcat

ILLVSTRISSIMI NOMINIS TVI

submisso cultu addictissimus

ALBERTVS PHIL. FRICKIVS.

DISQVISITIO IVRIS FEODALIS
DE
FIDE ANTIQVARVM LITTERARVM
INVESTITVRAE RECENTIORIBVS
MAIORI.

§. I.

INTROITVS.

Est certe spatiofa, nec vñquam, nisi fallit augurium, viris eruditis otium faciet ea vetustatis theodisca pars, quae in tradendis *inuestiture litteris* versatur. Sicuti namque rituum, feodorum, seruitiorum militarium genera aetas ita oblitterauit, vt, quum nulla eorum, nisi vocis solius, perduret memoria, qualia fuerint, nisi ex eiusce generis tabulis, suspicari vix possemus: ita solers earundem scrutatio splendis aut illustrandis ingenuorum nobiliumque iuribus modo inferuit, modo autem etiam facit ad eruenda familiarium illustrium monumenta, declaranda praedia castraque sub fidelitatis lege gentibus militaribus concessa. Quo tamen latius hic campus, hoc studium patet: eo numerosius est illorum agmen, qui in eiusce generis cimeliiis in publicum emitendis industriam exercuerunt, atque assiduo labore effecerunt, vt longe nitidior nostra aetate, quam olim, disciplinae feodalis facies esset, ex quo haec, illorum ope, e veteribus chartis

A

et

et medii aei moribus lux affulgit. Ex iis vero omnibus principem tuerunt laudem, qui in natalibus litterarum clientelarum detegendis felicissimo conatu desudarent, ac e quibus triumuros saltim ad iurisprudentiam iuandam natos, puta I. C. SPENERVM a), I. G. ESTOREM b), et, quem ob edita summi in me fauoris specimina primum nominare debuisssem, ill. CH. G. BVDERVM c) laudo. Ab his, quicquid mihi hac in re reconditum videbarur, expiscari moliebar. Quo tamen attentius iis auctoritatem; eo magis litterarum clientelarum et fluuiorum plures diversasque regiones permeantiam simillimam rationem esse deprehendi. Cursum nempe cernere cuius datum, fontes vero, vnde deriuantur, auctoratus signare ne ii quidem possint, qui alioquin rerum prisci aei curiosis ad doctrinæ beneficiariae dignitatem nitori suo restituendam adminicula suppeditarunt digne vix aestimanda. Interim vestigia tantorum ICTORUM premere expedit, impari licet id accidat gressu, nec adeo putamus fraudi fore, si originem tabularum inuestituræ prius indagare, instituamus, quam nos ad ulteriore argumenti in frontispicio indicati disquisitionem adcinxerimus. Scio equidem, futuros esse, qui nec nouam, nec grauioris momenti rem abs me adferri iudicent, quum viderint, quod observationes proelis sudandas curauerim, vt fors obtulerit, miscellas de fide antiquarum litterarum inuestituræ recentioribus maiori. At nec laureolam in mustaceo quaero, nec inanem plane laborem abs me suscipi existimo, si, quae alii attrigerint, trachare curatius et copiosius explanare conor. Atque, vt ne quid dissimuleam, spes me alit, dissertationem huiusc generis, breuem praesertim, Lectori beneulo, non in-

a) vid. ILLIVS Teutonicæ Staats-Recht Lib. II. Cap. IX. §. VIII.
p. 128.

b) In pereruditat. de In-

iucun-
angurat. beneficiar. harum sym-
bolis ac ritibus Cap. III.

c) in Amoenit. iur. feudal.

DE FIDE ANTIQVARVM LITTERARVM. III

iucundam fore propterea, quod partim tale quidpiam
haud indignum esse persona mea aut officii ratione intel-
ligat, partim quod me, vt scribendi argumentum e iure
rei clientelaris depromam, inuitet ipsa iuris beneficiarii
suavitatis,
et vos dulces ante omnia Musae,
Quarum sacra fero.

§. II.

INDICANTVR RATIONES, OB QVAS NVLLAE
LITTERAE CLIENTELARES IIS CONCEDEBANTVR
TEMPORIBVS, QVIBVS FEODA CONFERRI
INCEPERVNT.

Spe vero, natales litterarum *inuestiturae* detegendi,
aeque excideremus ac fastigia obsoleta priscorum Teu-
tonum sequenti solderent, si, non nisi canam adire no-
bis placeret antiquitatem, primasque eiusmodi tabulas
repeteret ab iis Germaniae incolis, quas caliginosa nox
iam diu premit. Non inscite enim B. SECKENDORF-
PIVM d) pronuntiasse, quiuis harum rerum gnarus fa-
tebitur, *inuestiturae* nempe *literas esse* multo recentiores
ip̄s̄ feodis, quae a Francorum beneficiis orta esse, ad
veri speciem accedit e). Silent certe de iis scriptores,
et silere hosce non miramur; siquidem Tuistonis pro-
geniem tanquam gentem litterarum secreta ignorantem

A 2

de-

- d) Euolua, si placet, Viri quon-
dam Perillustris *Teufischen*
Fürsten Staat Part. III. Cap.
III. Sect. IV. §. 2. p. 433.
e) Hanc sententiam futhori filo
expositi praeter *LVD. ANT.*
MVRATORIVM de Alodiis
vassis Vasallis & beneficiis tam

in Antiq. Ital. Tom. I. diff. XI.
p. 549. quam in IENICHI
τοῦ μαραγέτου Θεσ. Iur. feud.
Tom. III. p. 242. sqq. ill. G. L.
BOEHMER de feudis e veteri
rum Francorum beneficiis e-
natis.



IV DISQVISITIO IVRIS FEODALIS

describunt f), ut adeo non sicutne argumenta ponant, qui hanc inscitiam eam habere autuant vim, in qua innitatur ratio, ob quam videlicet primis feodorum temporibus nullae exaratae fuerint *inuestiture litterae*. At et alia eius rei argumenta haud prorsus negligenda erunt. siue enim cogitemus, tantam fuisse olim dominorum potestatem, vt, quando vellent, beneficia reuocare posse g), nec haec militum filii vim quam, nisi e singulari dominorum indulgentia, permissa essent h); siue intuamur gratiam inuestiture non sub penetralibus i), sed sub dio, aut in solemnioribus Imperatorum curiis, aut coram fidelium concione, aut in consensu parium curiae k) peractam: ecquid impedit, quo minus certa con-

f) Omnes scriptores, qui huic effato a TACITO de Morib. Germ. Cap. XI. allato explicando operam conferabant, hic enumerare taedet. Quare ex iis modo nomine I. G. VIL BERGERVM de prisca Germano haud illiterato: IOH. GEORG ECCARDVM de orig. German. Lib. I. §. 88.

g) Exempla feodorum pro Regum arbitrio militibus ablatorium haud paucis dedisse GREGORIVM TVRONENSEM in Hist. Francorum veluti Lib. IV. Cap. XXXIV. et XXXVIII, obseruauit b. I. GAB. WOLFPPIVS in Comm. de Feudor. Imper. Orig. atque inde §. XXVIII. in not. Z.

h) Euolus, si placet, et perill. DOM. DE SENCKENBERG iur. feud. primas lineas P. II.

Cap. XI. §. 308. et ill. MASCOVII lib. de iure Feudorum Cap. X. §. 1.

i) Qua actate feoda primum non sub Ioue frigido, sed intra palatium, siue, vti loqui amant, in Camera conferri coepierint, eruditie docuerunt ill. BUDER in Obs. de inuestitura feudor. Imp. in Camera in EIVSD. Amoenit. iuris feud. p. 10. et excell. I. G. BOEHMIVS in Comm. de antiqu. Feudorum Imp. in Camera exemplis.

k) II. Feud. II. pr. Euolus etiam, quae ea propter attulerunt ill. MASCOVIVS in diss. de Parib. Curiae §. XIV. et B. LUDOVICI in Procesu Feud. Cap. XI. §. 1. fq. p. 224. Quibus iungere non taedet, quae ill. G. D. HOFFMANN, Co- gnatus

DE FIDE ANTIQVARVM LITTERARVM. V

coniectura conficiamus, *talibus litteris* opus non fuisse ea temporis periodo, qua feoda non nisi iis concedebantur, qui, si eis vultus modo lanugine vernasset, Martis signa sequebantur.

Aera pugnaci luctantes rumpere nisu.

Idem illud, opinamur, indicat etiam iuramentum fidei germanae, i.e., fallere et dissimulare nesciae, cuius hominii vinculo milites tum beneficiorum auctoribus obstricti tenebantur. Hacce vero attentione nostra dignas rationes si consideraueris; ea procul dubio, quae eiusdem rei illustrandae caussa protulit DE LVDEWIG 1), referes ad subtiliores etefias, eoque nimium ingenio et antecceptionis hypothesibus seruire tibi videbitur vir, cuius alioquin manes prosequi debemus veneratione aeternum duratura.

§. III.

E CHARTIS DEDVCI NEQVIT, QVOD LITTERAE
INVESTITVR AE ANTE SAECVLVM DECIMVM
QVARTVM IN VSV FVERINT.

Is caeterum me sibi dissentientem non habet, qui contendit, Ordines Ecclesiasticos aulam aequa ac militiam ad Imperatorum e Carolidarum prosapia oriundorum exemplum adornantes fuisse inter primos, in quorum curiis clientelaribus *tales litterae* exarabantur. Veritas namque huius theses eo lucidioribus, ni fallor, radiis elucet: quo magis et vel ex legibus Alamanniis m) constat, *res ecclesiasticas non praefunni absque char-*

A 3 ta

gnatus noster aeternum deuen-
nerandus, multo eruditae le-
ctionis adparatu protulit in
diff. de vñ moderno Iudicii
Parium Curiae Württemberg.

Tub. 1733.

1) in Comment. ad Aur. Bull.

Part. II. tit. XXIX. §. 1. p. 939.

m) Tit. XIX. in Corp. iur. germ.

a B. GEORGISCH editi p.

204.

ta possideri a laicis. At si apud annalium scriptores aliquantulum diuertere cupis, ac ex illorum Scriptis compere temporis periodum, qua Praesules Ecclesiastici primum dederint litteras, de quibus loquimur: deprehendes, quod doctores de hoc arguento ita differere fuerint, ut vix tantus ymquam inter horologia diffensus, quantus hac de re inter illorum opiniones obseruari posset. Evidem perlubens lectorem beniuolum ablegarem ad solertissimum rerum feudalium collectorem, puta B. LVNIGIVM n), et subnechterem, cuius titulus sonat, *litteras inuestituae*, quibus anno supra millesimum quinquegesimo septimo ab Imp. HENRICO IV. ELLENHARDO Episcopo Frisingensi regalia eiusdem Episcopatus concessa esse, curate disces, ni obuerteres verba in eo diplomate obvia: *ac nos gratuita benignitate religiosis eius (Episcopi) petitionibus pro Christi honore et sancte genitricis sue semper virginis Marie veneratione assensum prebentes* - - - *in proprium donauimus, roboramus, ac RENOVANDO CONFIRMAMVS, quicquid ob predictam et sanctam matricem Ecclesiam baletus pertinebat, et in hodierno tempore eadem ecclesia inuestita tenet etc.* Cur verba renovando confirmamus allata? vt nimirum indicaretur, diploma, de quo est sermo, non tam litteras de facta inuestiturae gratia, quam potius confirmationem exprimere rerum sub fidelitatis lege iam olim Episcopo Frisingensi concessarum. Ita et e charta, quam typis describendam curauit WILHELMVS HEDA o), quamque designationem de Vassis s. fide addictis Ecclesiae et Episcopo Traiectensi, iussu ADELBOLDI, Summi eiusdem Episcopatus Praefulsi, litteris anno post salutarem virginis partum c1oXXI. consignatam continere videmus, haud tuto colligi, *litteras inuestituae*

204. Adde, si placet, DE LV-
DE WIG reliq. manusc. Tom. 438.
I. §. 7. et diff. de nexus Scripturae et Subscriptionis Cap. I. n) in Corp. Iur. feud. Part. I. p.
o) in Histor. Episcop. Ultraic-
tensis. p. iii.

stitutione ea temporis periodo visitatae fuisse, minime infirmior. Ipse enim HEDA non praeter rem incusat illius vobis, nec publice profiteri erubescit p), dictam commemorationem suspicione non carere, nec esse eius loci, nec temporis, sed ad quendam recentiorum Episcoporum referendam. Neque dubitandum est, quin egregie me falsum et ludificatum esse arbitraretur is, cui non credula mens obtigir, si in praesens aut TOLNERI aut HONTEIMII auctoritatem invocans virgarem allata ab iis diplomata Imperatorum HENRICI II. de ann. clXXXIII q), et HENRICI III. de anno clLI. r), modo ut antiquitatis praepostero amore concitatus litterarum investiturae cunas in saeculum post foteris nativitatem undecimum inferrem. Videor namque mihi deprehendere, diplomata ista non tam esse litteras de peracta clientelari inauguratione datas, quam illa potius, quasi in transitu, initio tantum mentionem investiturae, tanquam actus eiusdem accessoriis. Id interim dubio carere videtur, Vasallos et hoc iam aeuo obstrictos fuisse ad enumerationem eorum, quae beneficia continebantur, in inaugurationibus tradendam. Audias Molinaeum ita capropter edifferentem s): le vasall qui a été recu en foy et hommage par son seigneur et tenu de BAILLER SON DENOMBREMENT en forme probante et authentique, écrit en parchemin passé par devant Notaire ou Tabellion dedans quarante cours, à compter du jour de la dite reception.

§. IV.

p) *L. c. n. t. y) pag. u7.*q) Insertum leges TOLNERI
*Cod. diplom. pal. num. XXVII.**p. 22. f9,*r) Extat apud TOLNERVM *I.*
*c. N. XXIX. p. 26.*s) in *Consuetud. Parisiens. T. I.*
§. 8. Gallico Scriptori iungas
e germanicis b. SCHWEDE-
RVM in diff. de Denumera-
mentis et reuersalibus feudi
§. ii.

§. IV.

CHARTAE ANTIQVAE NON TAM LITTERAS CLI-
ENTELARES, QVM TESTIMONIVM INVE-
STITVRÆ SVNT.

Fallor, aut existimandum est, chartas ante saecu-
lum duodecimum conscriptas, et mentionem rerum feo-
dalium iniicientes continere nil nisi testimonium de per-
acta inuestiturae gratia, ac proin non venire in numerum
litterarum clientelarium. Si anceps haesitas, num, quod
dixi, veritate non destituatur; cogita, plura ab iis pro-
ferri exempla, qui excusserunt tabularia. Ita enim breve
attestatum ann. c^{irca} CCLX litteris mandatum Comitis Ol-
denburgici cum orbe literato communicauit ^{vo} G^o Tⁱ V^s t^t.
Ni errare me dixeris, in eundem censem et sequens te-
statum, quod debemus Viro doctrina aequa ac dignitate
illustri, et de Historia Brunsuicensi meritissimo. Ita so-
nat, *Ego Godefridus miles dictus de Varsfelde protector pre-
sentibus quod Iob. Bertoldi eius helmestadenis resignauit mi-
hi libere - mansos in - quos ego porrexii Henrico de Hoerstorpe quorum marandiam ipsi praestabo. Testes
buius facti sunt - Acta sunt hec anno dni MCCXCV.*
Eiusdem rei illustrandae causa accipe et hancce chartam:
*Bernardus d. g. paderbornensis Episcopus omnibus banc litte-
ram inspecturis aeternam in domino salutem. Presentibus
confitemur, quod nos nobili viro fccero nostro comiti Lode-
wico de Ravensberg advocatiam ecclesiae Schildecensis saluo
contulimus. Insuper recognoscimus omnia bona quae a no-
bis et eccllesia nostra iure possidet feodal. Dat. anno domini
MCCXLIII. et domini ea qua cantatur in excelso drono pon-
tif. nostri XVII. Non incongruum arbitror, si dictis exem-
plis et id iungam: Borchardus miles de Dorstadt honesto
militi - salutem et omne bonum. Dimidietatem -
nobis*

^{t)} in *Monument. Brem. Tom. I.* p. 48.

nobis resignatam a brevius famulis Bertoldo de Hilghendorp et Gotfrido de Bodenrode, qui eam a nobis in feodo tenuerunt, cum omni utilitate et iure. Sicut ipsam ab eis emisisti, nobis mittimus per presentes, iusto titulo feodali possidendam, et habendam: volentes eam vobis vel vestris heredibus, quocunque tempore ad nostram venire decreueritis praesentiam sine recusatione in feudum conferre cum debita solemnitate oris et manuum obseruanda. In huius testimonium mittimus vobis praesentem nostram litteram, nostro sigillo patenter signatam. Dat. anno domini MCCCXXXVII. in craftina b. Ioannis baptistae.

§. V.

VESTIGIA LITTERARVM INVESTITVRÆ SAECVLO
DUODECIMO DEPREHENDVNTVR.

Si interim sentiendi ac dicendi aequa omnium potestas: negare non ausim, saeculo subsequenti, puta duodecimo, vestigia litterarum inuestiturae paulo dilucidiora conspici. Id vero non animo nouaturiendi dixerim. Absit. Nam sicuti nos suo vnumquemque abundare sensu patimur: ita istud *ἐγενητα* non inuidemus praeclaro viro contendenti t), litteras inuestiturae inueniri demum saeculo decimo tertio. Atque si specimen eius rei, quam diximus, habere gestias: exemplo sit ANNALISTA SAXO, qui inter alia ita insit u): *Henricus Saxo Marchiam Friesiae ab Imperatore in beneficium suscepit, sicut fertur, etiam per TESTAMENTVM SCRIPTVRÆ.* Nec praeterierim in praefensi diploma de anno eiusdem saeculi decimo tertio, quod debemus viro hoc litterarum generere

9) in Libro, Goettingae 1735. edito, cui titulus: *Neuerer Abriß von dem neuesten Zustand* der Gelehrsamkeits Part. II. p. 168.
v) ad ann. cIcI.

B

X DISQVISITIO IVRIS FEODALIS

nere non mediocriter versato L. A. MVRATORIO x). Videlicet documentum hocce vbi non obiter, sed quavis cura perlungaueris: illud ipsum, et vel me non monente, in numerum litterarum inuestiturae referes. Ut ego saltem ita sentiam: mouent me verba in eo obvia, quae, quantumuis incondita, huic loco inseramus. Ita sonant: *venit ad eam* (sc. Comitisam Matildem, quae Gualandio Pisano dimidiatam Syluae Parantini partem in feodum concesserat) GVALANDVS nepos Lamberti Rolandi filius de pisana ciuitate cum quibusdam aliis Pisanis, quorum nomina subter leguntur, rogantes, ut suo pro seruitio et parentum suorum - - - de illo quod iam pridem ex Marchia tenuerant, SIBI INVESTITVRAM faceret. Ipsa consilio suorum fidelium, quorum nomina inferius denotabimus accepta - - - ex illo quod avus iam dicti GVALANDI ex Marchia tenuerat prafatum GVALANDVM INVESTIVIT. Fallor vero, aut LOTHARIVM SAXONEM, cuius imperium in idem tempus cecidit, eundem morem seruasse, certum est, quum milites in clientelam reciperet. Ut enim non dicam, adesse diploma a forma litterarum beneficiariarum non ab ludens y), quod INNOCENTIVS II. P. M. exarandum curauerat, quum LO THARIVS noster auita Comitisae MATHILDIS tum demortuae bona sub fidelitatis lege aequre accepisset, ac iisdem ab eo bonis, (prout vir merito suo ac fama illustris SCHEIDTIUS multo eruditiae lectionis adparatu docuit z), derelictis gener LO THARII, puta HENRICVS Superbus, Dux Bauariae, fidelis S. Petri et Ecclesiae romanae, ac

x) in cit. Ant. Ital. Tom. I. p. 313.

y) Legitur tam in BARONII

Ann. Ecclef. Tom. XII. p. 221.

sq. edit. Plantin. de ann. c. 1515 IX,

quam in ill. SCHEIDTIUS O-

riginib. Guelph., opere, quod

Musae facile suum agnoscunt,

T. II. in probat. Lib. VI. num.

64. p. 513. sq. Inferuit id et

iam S. V. HARENBERGIVS

Hist. Ecclef. Gandersb. Diff. II.

p. 306. sq.

z) In modo cit. Tom. II. Lib. VI.

§. 15. lit. g. g. p. 342.

ac simul plurimarum in Italia terrarum dominus factus esset Ducatu Spoleti, Marchia Tusciae et bonis auitis MATHILDIS potitus. Potius obsecro te, quomodo putas sententiam eo redeuntem, quod LOTHARIVS noster nullas *inuestiture tabulas* in introitus clientelaris solemnibus concipiendas iusterit, conciliari posse cum iis, quae, brevibus licet, de LOTHARIO ita perscripta sunt a), datis ei PER SCRIPTVM temporalibus Episcopii. Et quid multa? Si enim iucundum est et fontes adire licet: in splendidis harum rerum collectionibus siuim desideriumque tuum explere poteris. Ita, ut alia consulto omittam, litterarum *inuestiture* sub LOTHARII imperio conscriptorum primam, in fallor, in lucem edidierunt MVRATORIVS b) et ill. ESTOR c).

§. VI.

VLTERIOR EIVSDEM REI DISQVISITIO.

Nec dissimilia instituta retinuit FRIDERICVS I., quum orbis et imperii fastigio admotus esset. Eo enim anno, quo in locum CONRADI Imp. mortalia deponentis electus esset, hoc est, supra millesimum centesimo quinquagesimo secundo diploma conscriptum adest, quod edidit LVNIGIVS d), quodque, meo quidem iudicio, in censum litterarum *inuestiture* non minus venit, quam exaratum est, quum EVERHARDVS ET HENRICVS ex illustri Saynensium prosapia progeniti arcem Saynensem cum pertinentiis ab HILLINO Archiepiscopo Treuensis tanquam feodum oblatum acciperent. Nec errare mihi videor, si in numerum litterarum, de quibus loquimur, referam diploma, quo is HENRICO Marchioni

B 2

Ann.

a) in *Hist. Episc. Verdunens.*
conspicua Tom. II. Spicileg.
Acheriani p. 252.

c) in alleg. diff. Cap. III. §. XLIX.
d) in *Spicileg. Eccles. Continuat. I.*
Part. p. 213.

b) l. paulo ante cit. p. 633.

XII *DISQVISITIO IVRIS FEODALIS*

Ann. cl^oCLVI. Austriae ducatum fuit largitus e). Eadem sane instituta sequutus est, quum inuafissent atro fidere tempora, in quibus HENRICVS LEO, vniuersitatem Germaniae, illas fortunae vicissitudines subire coactus erat, quas diuino saepe consilio propter id experientur personae cum rerum gestarum, tum animi magnitudine illustris, vt illarum, quibus quasi abundant, virtutes non fortunatis modo temporibus, sed aduersis etiam exsplendescant. Nam, lata proscriptionis sententia f), quae feriebat HENRICVM LEONEM, nihil ferme e tot maximis regionibus huius quondam imperio subiectis supererat, quod is sibi vindicare tanquam suum et proprium potuisset. Hinc, quas fessas et eius ope indigentes recreare sperauerat, terrae quamplurimae alii sub lege feodali conferebantur. Ita FRIDERICVS I. anno aerae christiana cl^oCLXXX. PHILIPPVM sumnum Coloniensis Ecclesiae Antistitem inaugurabat parte Hungariae ac Westphaliae, quae paullo ante HENRICO LEONI parebat. *Literas beneficiarias* in hac clientelari inauguratione datas adesse, videre licet et vel ex his, quae in

e) Diploma hocce typis describendum curarunt LVNIGIVS
Contin. I. des Reichs-Archivs
IV. Abf^rtz. §. 4. p. 4. GOL-
DASTVS in Confit. Imp. Tom.
I. pag. 282. FVGERVS in
Spec. Honor. Austriae. Lib. II.
Cap. II. p. 168. HVNDIVS in
Metrop. Salisburg. T. I. p. 77.
DV MONT Corps diplomatici-
que Tom. I. p. 81. LEVCK-
FELDIVS in Antiq. Ifseldens.
Cap. III. lit. l. p. 21. sq. PFEFF-
INGERVS in Vitrar. il-
lustr. L. I. tit. II. §. 10. not. d,

p. 129. et tit. XVI. §. 9. not. b.
p. 17. sq., ac, quem iterum
honoris causa nomino, ill.
SCHEIDTVS l. c. T. III. in
probat. Lib. VII. num. XXXI.
p. 460. Quibus iungere non
pigebit, quae de hoc diplo-
mate perdocte differuit tam
doctrina, quam gente illustris-
simus Com. HEN. DE BUN-
NAV im Leben Friederich des
Erslen p. 65. sq.

f) Legitur in S. V. HAREN-
BERGII Hist. Eccles. Gan-
dersh. Diff. II. p. 346.

in charta tum scripta sequentem in modum leguntur g):
praemoratum Archiepiscopum Philippum portione illa ducatus sue collata ecclie vexillo imperiali solenniter INVESTIMVS. Qui vero PHILIPPVS, Archiepiscopus Coloniensis instrumentum beneficij in introitus clientelaris solemnibus obtinuit: idem ille eundem morem retinebat, quum ipsi alii e gente militari oriundi iusitrandum fidei praefarent. Ita, quod ad defensionem ducatus recens consequi aedificandum curauit, castrum partem dimidiatam WITTIKINDO DE SCHWALENBERG in feodum concessit, atque hoc restatus est inuestituae literis h). Verba, quae huic potissimum spectant, latino sermone expresa, huius tenoris sunt. *Cum autem hoc ipsum castrum intra comitatum et iurisdictionem. Dom. WITTICKINDI et fratris VOLQVINI de Permunt erat, dimidietatem castrum eidem Wittikindo et heredibus suis in perpetuum possidendum IVRE FEODALI CONCESSIMVS. Ea conditione ut ipse et heredes sui beato Petro et nobis cunctisque successoribus nostris in posterum fidelitatem teneant, et in omni necessitate nostra de eodem castro nobis et ecclies. Colon. auxilium decerto portent. Non moramur in praefens literas clientelares i), quas anno eiusdem seculi LXXXVIII. conscripsas idem ille PHILIPPVS dedit CONRADO, Palatino Comiti, castrum quoddam simulque aduocatiam in Bacherache tanquam feudum oblatum obtinenti. Caeterum perlubens excitarem diploma Ann. cl CLXXX. literis confignatum k), quo FRIDERICVS noster BERNHARDO Anhaltino eam Saxoniae Ducatus regionem ab HENRICO LEONE possessam, quam sol oriens illustrat,*

B 3

lege

g) Adiueniuntur tam in LV-NIGII Corp. Iur. Feudal. Part.

I. p. 394, quam in SCHANNENTII Ann. Paderborn. Tom. I.

Libr. IX. p. 850.

h) Leguntur in Orig. Guelpb.

Tom. III. Probat. Lib. VII. num LXXXII. p. 539.

i) Protulit eas TOLNERVS cit. Cod. Diplomat. §. 66. p. 58. sq.

k) Meminit illius GEWOLDVS de Septemuir. p. 75.

XIV DISQVISITIO IVRIS FEODALIS

lege feodali concesserat; ni diplomatis istius audacior, quam decet, patronus esse viderer: siquidem non fuitiles magistri exquisita ratione euicisse, constat, de illius nempe *adversaria dubitandum esse* 1). Neque tamen est, qui credas, FRIDERICVM in Germania modo hosce mores retinuisse. Quod is enim et in Italia litteras, de quibus nobis est sermo, in beneficiariis inaugurationibus dederit, manu quasi docet ipsum istud diploma Ann. cl CLXV. litteris consignatum, quo *VGVCCIONI*, Consuli et Legatis Pisanorum totam insulam Sardiniae et pertinentias in feodum dederat m). Haec et similia hanc facile cogitationem inducunt animo, ut *litteras investiturae* saeculo duodecimo in consuetudinem iuuisse arbitreris.

§. VII.

SAECVLVM DECIMVM TERTIVM LITTERARVM
INVESTITVRÆ NVTRIX FELICIOR.

Quare hic subsisto, ne frustra excutientis litteris *clintelaribus*, quas saeculum modo nominatum ministrat, defatigeris; etiam si aliquo illud monere arrideat, quod saeculum subiaceiens tanquam nutrix paulo felicior produxerit largo prouento *litteras*, de quibus agimus. Si enim non obiter, sed quavis cura perlustraueris scripta illorum, qui iter hocce salebrosum indagantibus lampada praferunt: videbis, quod Imperii Ordines haud pauci inter cimelia custodiare soleant *litteras investiturae* conscriptas saeculo, postquam salutis spes redintegrata est, decimo tertio. Id ipsum, opinamur, e variis tabulis potest

1) Vide praeter alios SPENE-RVM l. c. Lib. II. Cap. IV. §. VII. not. f. pag. 182. et IOH. GOTTL. HORNIVM in den nützlichen Sammlungen zu ei-

ner histor. Handbibl. von Sachsen Part. III. §. 14. p. 276.

m) Id protulit ROVSSET Supplément au Corps diplomatique T. I. Partie I. p. 53. seq.

est cognosci, quarum paucas delibasse, satis erit; quippe rerum numerus, quae hanc in rem adferri merentur, efficit, ut instituti nostri memores in campum ita vastum non ingrediamur. Eo minori vero cura attingimus *inuicturae litteras*, quas Imperantibus PHILIPPO et OTTO IV: datas esse dubio caret, quo dignior laude est opera, qua ill. ESTOR n. in iis describendis est perfundet. Primus hinc mihi dicendus erit CRAFTIVS DE HOHENLOHE, quem sese in fidem et clientelam FRIDERICI II. Imp. ann. Chr. c15CCXV. commendasse non minus, ac in Vasallorum ordinem receptum fuisse, ex *inuicturae litteris* o) clarissime probatur. Inter easdem illas *tabulas clientelares* nostram attentionem praeprimis merentur eae p), quae nos dubitare non sinunt, quod ab Imperatore nostro IOANNES I. et OTTO II. Marchionis Brandenburgicis Ann. c15CXXXI. acceperint. Succedat iam aliud exemplum. Ita enim e non dissimilibus *tabulis* q) cognoscere potest, quod ab eodem Imperatore rerum gestarum gloria magno anno aerae Christianae c15CCXLII: spes iuris succedendi in Landgravia Thuringiae et Comitia Palatii Saxonica cum omnibus accessionibus facta sit. Eodem ritu beneficiario OTTO CARVS, Bohemiae Rex, a RICHARDO, Romanor. Rege. Austriam Styriamque anno post C. N. c15CCLXII accepit,

- n) in cit. diff. Cap. III. §. LIII. sq.
- o) Debenus eas LVNIGIO e-
denti Specil. Sacral. P. I. des
Reichs-Archiv.
- p) Fragmentum earum exhibuit B. DE LVE WIG in
der Erläuterung der Reichs-
Historie p. 312. Integras vero
eas typis describendas curauit
aeternum academiæ Georgiae
Augustae deus, ill. G. L.
BOEHMERVS in diff. de im-

pedita feudi consolidatione §.
III. not. a.
q) Leguntur in LVNIGII Corp.
iur. feud. Part. I. p. 579. et in
EIVSDI Cont. II. Part. Spec.
des Reichs-Archivs, in der vier-
ten Abtheilung, im andern Ab-
satz §. 2, p. 177. ac in AN-
TON. WECKENII Descript.
Civitat. Dresdens. Part. II. Tit.
I. §. i. document. p. 153 lit. H.

XVI DISQUISITIO IVRIS FEODALIS

cepit, exarato eapropter *inuestiturae instrumento* t). Dilucidius, ni fallor, eiusdem consuetudinis documentum est diploma litteris confignatum ea temporis periodo s), qua, posteaquam, imposito imperii diademeate RVDOLPHO HABSBVRGICO, terrae Austriacae funesto ardebat bellorum incidio, atque hinc inde in exitium populorum feralia librabantur fulmina, qua, inquam, et vel tandem vicerat RVDOLPHI Imp. caussa, vt, clausa Iani porta, secundum eiusdem diplomatici vigorem OTTOCARS Bohemiam ac Morauiam ann. Cchristi c15CCLXXVI. recuperet, nexus feodali per transactionem stabilito. At, parum abfuisse, iam video, quin silentio praeterierim litteras huiusc generis conscriptas A. R. S. c15CCLXXIII, quam a RVDOLPHO nostro orbis Christiani principatum fortitudine ingenti tum sustinente FRIDERICVS, Comes Zolleranus Burggrauiatum Norimbergensem iure hereditario possidendum sub fidelitatis lege obtineret t). Addo earendem litterarum aliud exemplum. Videlicet ne solos milites primicerios, s. e principali prosapia oriundos eiusce generis litteras accipisse arbitreris; eas tibi excitabo tabulas clientelares, quas RVDOLPHVS I., conditor gentis augustissimae gloriosissimus dedit REINHARDO DE HANAV ratione Motin u). Sic

- t) Extat apud LVNIGIVM, *Contin. I. des Reichs-Archivs Erste Fortsetzung*, §. 5. pag. 6. Huius diplomatici rymourna eruditte ostendit ICtorum nostra aetate princeps, ill. GEBAVER im Leben Herrn Richards Röm. Kaysers p. 424.
- s) Inuenitur in LVNIGII Corp. iur. feud. Part. I. pag. 554. et GOLDASTI Comm. de regno Bohemiae in adpend. pag. 39. Laudum concordiae inter lin-

peratorem et OTTOCANVM legitur in LEIBNITII Cod. Diplomat. iur. gent. in Mansissa §. IX, p. 100. sq.

t) Litteras inuestiturae praeter LVNIGIVM l. c. p. 614. exhibet WAGENSEILIUS in Comment. de Ciuit. Norimb. Lib. II. Cap. I. p. 293.

u) vid. Beschreibung der Hanau Münzenbergischen Lande p. 47. der Beylagen.

DE FIDE ANTIQVARVM LITTERARVM. XVII

Sic etiam, quas intactas hic relinquere nequeo, *tabulas inuestiturae* ^{x)} non multo post ab Imperatore nostro GOTTOFREDVS ab illustri cretus sanguine Saynensi obtinuit, quum is in possessionem castri Homburg intraret, et fidelitatem seruitaque praestanda promitteret e formula a RVDOLPHO I. praescripta. At si dicas, Principibus non nisi Secularibus tam felicibus esse contigisse, qui tabulas beneficiarias obtinerent: haud scio, an culpae erroris adfinis haberi debeas? Nam dubium non est, quin e frustulis antiquitatum, in quarum deliciis nos versamur, cognoscere possis, Summos Ecclesiarum Praesules ratione ab ea, quam diximus, non dissimili inaugaratos fuisse. Ne falsa nos loqui, aut aenigmata nectere putas; antefiamur *litteras clientelares*, quas FRIDERICVS II. scribendas iussit, quum Sigfrido, Moguntino Antiquiti^t Sunno Principatus Laurissensis Ann. Chr. cl^oCCXXXII. solemniter tanquam feodum commodaretur ^{y)}. Si pagina nostra caperet integra *beneficiorum instrumenta*: adscriberem *inuestiturae litteras* ^{z)}, quas FRIDERICI nostri indulgentia concedebat Episcopatu^m Passauensi istud beneficium militare tum acquirenti, quod a LVDOVICO Duce Bauariae et Comite Palatino restitutum ad Imperium deuolutum erat. Illustr^e huius rei exemplum etiam tulit aetas RVDOLPHI I., cui concessionem litterarum inuestiturae familiarem fuisse videtur. Etenim militaris beneficii instrumentum, si LVNIGIVM a) consulas, anno cl^oCCLXXIV. a RVDOLPHO Imperatore accepisse, experieris, IOANNEM Eccles. Lubecensis Praesulē iurato promittentem, futurum esse, ut fidelitatem aequē

^{x)} Mentionem earum iniicit ill.
ESTOR in cit. diff. Cap. III.
§. LVII.

^{y)} vid. viri quandam perillustris
VAL. FERDIN. DE GVDE-

nvs Cod. Diplomat. p. 512.
z) Inuenies eas apud LVNIGIVM l. c. p. 439.

a) l. c. p. 458. et in Spic. eccles. Cont. II. p. 319.

C

XVIII DISQVISITIO IVRIS FEODALIS

aeque praefet, ac reliqua etiam imperata, quae nexum feudalem determinant, exsequatur. Habet igitur, lector eruditus, litterarum inuestiturae saeculo post salutem orbi christiano recuperatam decimo tertio consignatarum sat numerosam, ut opinor, nubem. At in his omnibus, caeterisque consulto omisssis, caue, fuisse quandam existimes, quae articulatum aut quaevis iura, aut res ad praedia militaria spectantes recenseret. Neque adducaris velim ad credendum, saeculo, quod loquimur, auctores praediorum militarium consuetudinis feoda non nisi inuestiturae litteris conferendi fuisse adeo tenaces, ut, tales tabulas a feodorum constitutione abesse non posse, si bi persuaserint.

§. VIII.

ANTIQUISSIMARVM BRVNNSVICENSIVM
LITTERARVM INVESTITVRÆ
MENTIO.

Et quam velim, ut penuria exempli desinere, ac primae in hac dissertatione partis riuos claudere liceret? Sed intercedunt, opinor, litterae clientelares his ipsis in terris obuiæ, sibique locum dari exposcent, quem eis iamiam adsignasse iuuabit. Atque primo quidem nullus errare videor, si inter litteras, de quibus mihi est sermo, antiquissimas referam diploma, quod, prius exaratum esse, constat, quam inuaserant tempora, quibus imperii Principes hostilibus incensi odiis id agebant omni armorum vi, ut HENRICI LEONIS fortuna conuelleretur, euerterentur opes. Sane is non potest non cogitare de inuestiturae litteris, qui et vel haec in isto diplomate anno aerae christianaæ cœlo CLVII, conscripto b) verba conspicua

b) Extat in Originib. Guelf. Tom. III. Probat. Libr. VII. n. XXV. p. 463. et in LVNIGII Corp. iur. feud. P. I. p. 682.

DE FIDE ANTIQVARVM LITTERARVM. XIX

spicua perlegerit: *Nos* eius (Imp. Conradi) *vestigiis imbaerentes*, *suepe dicto Nepoti nostro Henrico Duci*, *Heredi videlicet Comitis Vtonis Comitatum suum et forestum in montanis Harz lege in perpetuum valitura in BENEFICIO concessimus*, *et omnii corroboracionis nostra munimine confirmamus*, *vt tam ipse*, *quam omnes utriusque sexus sui beredes eadem saepe dicta beneficia comitatum videlicet et forestum in montanis Harz perbenni immutabilitate teneant et possideant.* *Quod ut verius credatur praesentem inde paginam conscribi et aurea bulla nostra signari insimus*, *adhibitis ydoneis testibus.* Eundem in censum venire et illam chartam c), vere tralatitium est, quam GERHARDVS Abbas Werdensis exarandam anno post salutarem virginis partum cloCCXXXIII. curavit, quum ritu beneficiario acciperetur alma haecce ciuitas, in qua per centum et octoginta quatuor annos enituit, et adhuc saluo, tantos inter aestus bellorum, et aliarum ciuitatum calamitates SERENISSIMO ET CELSISSIMO DVCE, CAROLO, micit inter omnes

Iulium Sidus.

Has ipsas vero excipiunt aliae litterae clientelares, quas ab Imperatore FRIDERICO II., Guelficae aliquoquin domus hoste infenso, datas esse, constat. Videlicet quum, qui facta gentium solus dispensat, qui bellorum discrimina exitusque dirigit, et quod animos consiliaque hominum in potestate habet, hostiles impetus nunc immittit terris, nunc cohibet, a quibus velit, quum, inquam, Deus terris Brunsuicensibus laetissima facere veller otia earumque incolas recreare ac delectare: en litteris inuestigaturae id ipsum testantibus d), in vigilia S. Timothei bona

c) In Originib. Guelf. l. c. T. IV.
p. 128.

d) In Originib. Guelf. l. antea c.
Diploma Caefareum, quo Du-

catus Brunsuicensis et Luneburgicus erexit est, exhibuit praeter HEINECCIVM L. III. Antiq. Goslariens. b. a. p. C 2 249.

bona patrimonii, puta, terras Brunsuicenses et Luneburgicas FRIDERICO II. obtulit, ac in earum denuo, tanquam specialis Ducatus Imperii possessionem ritu beneficiario anno Ch. cl^oCCXXXV. intravit OTTO, HENRICI LEONIS Nepos, quem ob teneram, quum ad imperium accederet, iuuentutem *Puerum* vt plurimum vocare solent. In eundem censum, opinor, referendum est diploma ab Abbatissâ Gandersheimensi A. cl^oCCXLVII. super bonis Beulshaufensis litteris confignatum e). At quibus tabularia excutere contingit, profitebuntur, non deesse exempla per quam plura litterarum inuestiture, quae ad rem clientelarem Brunsuicensem spectant. Duo tantum fidei testificandi caussa, attulisse satis erit: quippe ingentem exemplorum numerum pagina nostra non capit. Sic nostra attentione dignum est diploma Ann. cl^oCCCXI. exaratum, quum ab ALBERTO certa quaedam aduocatia Ciui Brunsuicensi Gerhardo Stapelio ritu beneficiario conferreretur. Mento etiam iniicienda esse videtur chartae super feudum pignoratitum anno cl^oCCCXX. exaratae, quam insertam inuenies quotidiani, quorum utilitas Berolini ordinata, maximo literariae non minus, quam civilis reipublicae commodo procuratur f).

§. IX.

LITTERARVM CLIENTELARIVM
DESCRIPTIO.

Quorūm vero haec dispuo? quorūm? vt natalibus litterarum clientelarum detectis indicare possim, dupli ratione easdem illas in considerationem venire, si videnter declarare debeamus, quod sub earum nomine vniat.

249. sq. MEIBOMIUS T. III. e) l. c. in Origin. Guelf. p. 21.
Rer. german. p. 26. RETH- f) In Berlinischen Anzeigen de A.
MEYERVS Chron. Brunsv. P. III, Cap. 26. p. m. 469. 1747. num. 67.

niat. Aut enim describunt peractam inuestituram; aut indicant instrumentum, quo dominus rei sue dominium vtile sub fidelitatis mutuae promissione alteri publice concedit. Si hanc cum litteris inuestiturae iungis ideam: id lectori beniuolo lubens concedo, peragi tunc in litteris inuestiturae, quae spectant ad contractum feodalem. Neque periculum est, vt ne aequi et intelligentes rerum arbitri negaturi sint, easdem illas non minus seriam, certamque animi sententiam indicare, atque si, symbolis quibusdam interuenientibus, dominii vtilis concessio effet peracta. Inuestituram namque per chartam g), seu, vt iuris feodalis Longobardici formula vtar h), breue testatum esse celebratam, visitissimum et in more iam olim erat positum Teutonibus, quos alioquin in omnibus rebus nec certis formulis, nec ambagibus vsos pacis ex deliberati animi sententia prouenientibus eandem vim ac stipulationi tribuisse, et datis, in fidem germanam, h. e. fallere et dissimulare nesciam, dexteris res quascunque confirmasse, constat i). Quid? quod eundem inuestiturae actum et, quod viuimus, aeo, quandoque non nisi litteris clientelaribus peragi obseruavit ill. estor k); vt adeo non incongrue cum viro hoc doctrinæ generæ non mediocriter versato, puta, ill. p v f f e n d o r f f i o l) dixeris, eam modo inuestituram esse legitimam inuestituram quae per litteras clientelares in curiis feudalibus fieri solet. At si respicias illum priorem, quem diximus, significatum litterarum inuestiturae: hae, ni omnia me fallunt, pertinent ad inuestiturae peractae probationem. Etenim illæ testantur iam de inuestiturae actu, iam vero de re feodali, nunc de eius pertinetiis, nunc de conuentione, qua, dici vix potest, quantum feodo-

C 3

rum

g) vid. Gundlingiana P. VII, Obj.

IV. §. 17.

Cap. 54. T. I. oper. p. 602.

h) I. Feud. 4. II. F. 32.

k) I. c. Cap. VI. §. 72.

i) vid. Tacitus L. XIII. ann.

l) in Obj. iur. vniu. Obj. III. p. 4.

rum natura subinde mutetur. Quid mirum igitur, si dicamus, *litteras clientelares* ad beneficiorum militarium essentiam non pertinere, easque hinc, salua illorum substantia, et adesse et abesse posse? Quid mirum, si feodum, in cuius concessione nullae, in curia feodali, datae fuerint *litterae clientelares*, singularis indolis esse nec putemus, nec eiusce generis feudum improprium adpellitemus? Caeterum id negare non ausim, quod de *litterarum inuestiturae* existentia certo coniucere possimus, adeo ut, si istarum editio desideraretur, vasallus eas abesse abnuens teneatur obstrictus, qui editionis iuramentum praestet. Eo aequius vero id esse videtur, quo certius est, toties in plerisque beneficiis militaribus *litteras clientelares* conscribi, quoties mutationem aut ratione domini directi, aut intuitu vasalli contingere deprehendimus.

§. X.

ARGUMENTA PROPONUNTUR, QVIBVS FIDES
ANTIQUARVM LITTERARVM INVESTITVRÆ
RECENTIORIBVS MAIOR DECLARATVR.

Quae ipsa vero thesis nos iam allicit, vt ad principale caput, ad quod per hos anfractus tandem contendimus, iter flectendum sit. Videlicet operaे premium esse videtur, vt pressius et paullo distinctius exponamus quaestionem non heri demum aut nudius tertius in foro agitataм, num, si super vno eodemque militari beneficio plures concessæ deprehendantur litteræ clientelares, atque si iisdem cessionis tabulis non conspirantibus de istarum tenore aut extendendo, aut restringendo non conueniret inter dominum et vasallum, num, inquam, in casu dubio recentiores litteræ clientelares maiorem ac antiquæ fidem haberentur? an haec vero illis palmam præteriperent? Ita vero, ne, quod sentiam, dissimilem, respondendum esse, arbitror, antiquum *beneficii militaris* *infru-*

DE FIDE ANTIQVARVM LITTERARVM. XXII

instrumentum recentiori fide dignius esse, si dubium sig-
num in vteriori eiusdem beneficii concessione quidpiam
mutauerit dominus? an vero eadem, qua olim, ratio-
ne concessa fuerit res beneficiaria lege credita? Atque
hancce meam opinionem vt multa alia, ita praepriis
non mediocriter haec, quam p̄ae oculis fero, regula,
seu, vt rectius dicam, argumentatio confirmat: 1) Si
nempe, ex iuris Longobardici mente, illa inaugratio
clientelaris, puta inuestitura prima feodam constituat; si
proinde eadem illa fons sit et origo praedii sub fidelitatis
lege concessi m); si tandem actus ille inuestiturae ea pro-
pter literis consignari soleat, vt, ex harum tenore, ne-
gotio eo faciliori cognoscere queamus paciscentium men-
tem: ecquid impedit, quo minus inde concludamus,
quod, vti illa inuestitura prima recentiori praeulet; ita
et antiquiores litterae inuestiture recentioribus sint praef-
erendae? At ne haec omnia otiose abs me disputari pu-
tes: et id notandum esse, opinor, vt et vel harum, de
quibus mihi sermo est, litterarum clientelarum ope, non
nouum quoddam concedatur beneficium, sed vt potius
confirmetur ius in feudo ex inuestitura prima cuidam
iam competens. Quis vero putaret, per confirmationis
actum negotio cuidam nouum quid accedere, ex eaque
tale quippiam induci posse? Quis in dubium quæsio vo-
caret, per rei cuiusdam confirmationem aliud agi, quam
vt declaretur, esse, vt negotium antea gestum in iis omni-
bus partibus valere debat, quibus a primordiis erat ce-
lebratum? Quis negaret, sicuti inuestiture subsequen-
tes considerandæ sunt instar accessoriarum ad primam:
ita idem adfirmandum de litteris inuestiture recentiori-
bus? At iam iam dissentientem adesse, praeuideo, cum
que a veritate primigenia deflectere. Hic

veniet de plebe togata

Qui iuris nodos et legum acigmata soluet.

Hic

m) vid. SPEDELIVS voce *Leben*.



Hic hanc ipsam ultimam abs me allatam rationem reificet, et robur opinioni accedere existimabit, quod quaelibet inuestitura per se subsistat non minus, quam fidem faciat, ac proin ceu accessoria haberri nequeat. At, infeste verioris sententiae patronae, ratiocinaris, vt pessime te argumentatum esse, ratiocinari ipsi possimus; misericordiam potius mereris, quam refutationem, eritqua tua opinio

titulo res digna sepulcri

Licet enim vltro concedimus quamlibet inuestituram per se subsistere: id tamen eatenus modo valere, adfirmamus, quatenus nempe introitus clientelaris solemnia desiderant certas solemitates, et quatenus in iisdem illis certa exigitur forma. At si ponamus ob oculos, actum expediendum, eundemque attentione nostra dignum iudicemus; inuestituram nouam ex antiquiori capere explicationem eo lubentiores contendimus, quo certius est, quod de reiteratione actus constet, ac in actus reiterati vi demonstranda ad actus primordia tanquam ad anchoram confugiendum sit. His positis vnumquemque mihi concessurum esse arbitror, inuestituram recentem hac ratione consideratam per se nullo modo consistere, nec eam mereri fidem, sed, vt iam dixi, ceu accessoriā adexistimandam esse.

§. XI.

VLTERIOR EIVS ARGVMENTI CONTINVATIO.

II) Quin et ipsae imperii leges (quis autem nescit, quam arte obligamur auctoritate illarum?) in sententia quam defendimus, nos confirmant. Ita enim inde ab ea temporis periodo, qua MATTHIAS Austriacae gentis decus, imperatorio diadema ornaretur, rerum satagerunt Electores, vt peculiari capite fidei litterarum inuestiture antequarum recentioribus maiori prospiretur in legibus religiis, quibus Romanorum Imperatores fidem suam ob-

stin

DE FIDE ANTIQVARVM LITTERARVM. XXV.

stringere solent. Qua re effectum, vt, quoties conuenitus electionis causa haberetur ab augusto Electorum collegio, toties iidem insérerent omnibus capitulationibus clausulam huius tenoris: *Dass er denen Churfürsten, Fürsten vnd Ständen des Reichs ihre Leben und Lehn-Brieße NACH DEN VORIGEN TENOR unweigerlich wiederhaben lassen n).* Bona quaeso verba! Validissimo nunc praefidio litteras clientelares antiquas, crederes, munitas fuisse aduersus fidem, quam recentioribus inuestitureae litteris adsignare viplurimum solent. Hanc vero alia excipiat Imperii lex, quae quanto est conuenientior ad ornandam nostram sententiam, tanto magis gratiam Lectoris me initurum, confido, si Ordinationis Iudicij Imperialis Aulici partem hoc spectantem adscribam o): *Alo ist es auch in Lebens Streitigkeiten zu halten, iedoch daß in der Relation vornehmlich die Originales inuestitureae, vnd was für paetä darinnen aufdrücklich begriffen, wohl erwogen, vnd dann gegen unsfern klaren Lehn Rechten, den allegirten aber nicht zu recht probirten Leben-Gebräuchen sonderlich in Unsfern Kayserlichen welschen Lebens-Fälligkeiten, nicht zu viel in relatione, noch decisione deferirt werden.* Ecqua igitur ratione se tueri poterit secus sententium opinio? Paucis dicam, nulla, aut saltim ruinoſa. Quod enim Consiliarii Imperii Aulici spondeant, se primas inuestitureae litteras, seu originales intuituros esse in controuersiis super feodis subortis; id argumento est, *iisdem litteris maiorem ac recentioribus fidem habendam esse*, si lis quaedam ratione beneficiorum militarium moueretur. Habes legum imperii consensum. Experetas vero et alias leges ab Ordinibus Imperii eapropter latas. Neque his destituo. At licet pagina nostra easdem illas lucem huic argumento affundentes non capiat: non

n) vid. *Capitul. FRANCISCI I.* o) vid. *Ordinat. Iudicij Imp. aul. Art. XI. §. n.* Tit. V. §. i. in fin.

XXVI DISQVISITIO IURIS FEODALIS

non moror tamen tenorem testimonii a 10H. STVCKIO,
ICto quondam illustri dignitate et munere conspicuо
dati, quo, nescias, an quid accommodatus cogitari queat
sententiae adornandae antiquas inuestituree litteras recen-
tioribus et in terris Brunswicensibus praeferendas. Ita
enim Vir in consilio causam successionis Guelpherbyta-
nae spectantem Ann. cloloXXXIV. dato pronuntiat p).
*Nicht minder verbleibet es billig bey der maxima, quod te-
nor primae inuestituree sit inspicendus et seruandus C. I.
de duob. fratrib. a Capitan. inuest. ubi Bald. et Pd. commu-
niter et Bald. vol. 2. consil. 207. n. 2. Afflct. in c. 1. Quid
sit inuestitura n. 19. Ias. post Mart. Laudens. vol. 1. consil. n. 4.
n. 4. et vol. 4. consil. 236. n. 2. et 4. quodque si plures concur-
rant standum sit antiquis non nouis, Bartolomeus Ber-
tazzol. post a se relatos in consult. decif. consil. 89. n. 14. Ad-
dit autem sq. n. 15. nisi partes ex certa scientia et consulto
voluerint recedere a primis inuestituris, et earum naturam
alterare.*

§. XII.

VLTERIOR ARGUMENTORVM REENSIO.

Sed video etiam, robur auctoritatemque peti pos-
se ad sententiam nostram vltiori filio deducendam ex
vtroque iure subsidiario, romano et canonico. An
apte fiat, iudicabis Lector. Nosti, qui limites ponen-
di his iuribus, si in causis, ad feuda spectantibus ad-
hibeantur. Nosti, quam salebrosa plerumque, ta-
ediisque plena, sit disputatio, si, neglectis his limitibus,
ex utriusque iuris apparatu instruatur, quod ex dome-
sticis Germaniae et legibus, et moribus, et publicis actis,
instruendum erat argumentum. Hac nimirum macula,
quod conquesti sunt permulti cordati viri, superiori-
bus seculis, laborauit doctrina iuris feodalis, quod ma-
xima sui parte, iuris romani et canonici principiis inni-
tere-

p) Euolua*s ipsius Consil. 26. n. 338. sq.*

DE FIDE ANTIQVARVM LITTERARVM. XXVII

teretur, et, si qua causa illustris decidenda, aut ex utroque iure, aut ex alterutro, peteretur praefidum, magno saepe Principum praeiudicio. Age igitur, limpidiores adeamus fontes. Nostra enim, quam defendimus, sententia constabit III) et principio, quod doctores iuris beneficiarii tantum non omnes suppeditant. Eo lubentiores id tradimus, quo certius est, quod, quam viuimus, aetatem, ingenii doctorum plus valeant, quam bonae leges, et

quod medicorum est.

Promittant medici, tractent fabrilia fabri.

Scilicet, quam ROSENTHALIVS q), SCHRADERVS r), BARBOSSA s), CARPZOVIVS t), COTHMANNVS u), HARPRECHTIVS x), STRVVIUS y) DE LVDEWIG z) aliquique vno ore profitentur, regula rem omnem conficit, et extra omne dubium ponet. Eo reddit, pro praedio ex lege clientelari concessio praefumptionem militare, quod in recentiori introitu sollemini vasallis eadem, qua olim, data sit ratione, adeo, ut, sine quibus, docente RICHTERO a) feodum vix conferri solet, inequituris subinsequentibus dominus a conventione primis *investiture litteris* comprehensa non recesserit. At nescio quo meo dicam an, ipso litterarum fato accidit, ut unus alterius hocce ipsum principium derelinquit. Nam vti

Quo senele est imbuta recens seruabit odorem.

Testa diu;

ita et magni nominis ICti regulae modo dictae ad sensum non praebent, et praefumptioni mutationis exclusuiae

D 2

pro-

q) de Feud. c. 6. concl. 69. n. 14.

y) in Syntagen. iur. feud. Cap. I.

r) in tract. de feud. Part. V. Cap.

apb. XI. n. 3.

VII. n. 37. et 38.

z) in Praefat. ad Tom. I. reliq.

s) in Thes. voce mutation.

MSCT.

t) P. II. Conf. 45. defini. XXXI.

a) in Conf. P. III. C. 41. n. 21,

u) Vol. V. Conf. 36. n. 42.

fol. 272.

x) Conf. 72. n. 22. / q.

XXVIII. DISQVISITIO IVRIS FEODALIS

probationem contrarii obici vides, dum facta immutatio ex litteris clientelaribus recens datis eluceret. Si dicendum, quae mihi hac de obiectione sit mens, scias velim, quod, meo quidem iudicio, eadem illa obiectione, seu ut rectius dicam, illa nostrae regulae refutatio fapiat, ceu dialectici loqui amant, petitionem principii. Ecquis enim non videret, de eo paeprimis inter nos ac eos, quorum mentibus scrupulus modo nominatus inhaeret, controversiam agi, num litterae investiturae recentiores, si tenerum earum distat ab antiquioribus, fundamentum non ruinosum suppedient, mutationem esse factam? Quod vero ipsum tam diu acriter negamus, donicum immutationis causa fuerit probata. Quibus positis nos, quam fouemus de fide litterarum investiturae antiquarum recentioribus maiori, opinionem et vel inde IV.) confirmamus. Si videlicet, teste b. LVDEWIGIO b), iam olim radices egit laudabilis mos, isque per tot saeculorum decursum obseruari coepit, ut, qui in castris armisque senescere consuerant, Teutones contractus quoscunque litteris non modo mandarent, sed nec prius etiam ab eiusce generis litteris antiquioribus recesserint, quam in recens conscriptis mutatio facta doceretur; Si que eiusdem consuetudinis milites, ius in armis ferre ceteroquin edocti, adeo tenaces fuerunt, ut, quum mutatio in nouioribus litteris clientelaribus reprehenderetur, eam aut dolo, aut errori, aut manui suppostoris attribuerent, ni mutationis causa adiecta esset: quidni ergo et nos diceremus, mutationem per errorem vel incuriam irrepsisse litteris investiturae recentioribus, sicubi unum alterumque earundem caput recederet ab antiquo beneficii instrumento? Quid? quod, si SCHRADERVM c), at quantum in iurisprudentia feodali Ictum! audire non taedet, haud raro vis et metus suspicio tali in casu adest, tum pra-

b) l. 5.

c) in ConfL 14. n. 332. f99.

DE FIDE ANTIQVARVM LITTERARVM. XXIX

praeprimis, quando Vasallus in tabulis cessionis recentioribus ad servitium patio duriora obeunda obligatus fuerit. At instant formidine multa aduersarii. Id ipsum falsitate quadam laborare dicunt, vrgentque cum illustri BROCKESIO d), veritatem non accedere, ut homines perfecti iudicij in rebus ardui momenti, puta in negotiis foederalibus errorem, dolumue commiserint; maxime quum pro quoquis instrumento veritatis praesumtio adsit. Primo quidem intuitu magnam, fateor, veritatis speciem prae se fert scrupulus, qui menti tuae infidet. Non est tamen, qui diffiteamus causae nostrae. Largior veritatis praeumptionem militare pro quoquis instrumento, quorum usum iam olim agnouerant Germani, eaque veniebant in legibus eorum latinis sub nomine chartarum e), scriptarum f), festinariarum g); in germanicis vero vocabantur festi h), Handscriften i), Insiegel k), schriftliche Vrkunden l), Helle Schrifte vnd Briefe m), glaubwürdige Vrkunden et praeprimis Handueften n). At hi, quam diuumiri ad iurisprudentiam iuuandam mortaliibus olim dati BOEHMERVS o) et MENOCHIUS p) de-

D 3

de-

d) in Diff. de fide recentiorum litterarum inuestigaturae recentioribus maior.

e) Leg. Alam. C. I. in cit. Corp. iur. Germ. p. 195.

f) L. VII. capit. 257.

g) vid. Mincuccius de Prato veteri Lib. II. de feud. tit. IX. C. 7. edit. SCHILTERI p. 76.

h) OTTERIDVS L. I. C. II. v. 44.

i) vid. Neue Stadt Rechten und Statuten der lübblichen Stadt Freyburg tit. 9. p. 21.

k) Cod. iur. Bav. apud cel. IO. HEVMANVM in Opuscl. tit. XXV. p. 135.

l) Vide quae de hac voce prae-

ter POTGIESERVM de statu Seruorum german. Libr. II. Cap. III. p. 424. multo eruditio-

nis apparatu edisceruit Magnificus reipublicae Syndicus IOH. CAROL. HERM. DREY-

ERVS in der Sammlung ver-

mischter Abhandlungen P.I. p. 9.

m) Euolua ill. PVFFENDORF-

FII Ohferuat. iur. vniu. T. I.

p. 72.

n) IDEM I. c. p. 86.

o) in diff. de Collatione Probatio-

nem et Praesumt.

p) de Praeumptionibus L. VI.

praef. LXIV. n. 46.

derunt, regulam intueamur statuamusque toties minus potentem praesumtionem tolli, quoties duae praefumtiones paulo validiores concurrant: certe asservendum erit, obiectioni tuae colorem, non vero pondus insesse, maxime quum litterae clientelares antiquiores instar tabulae authenticae seu instrumenti autographi, recentiores vero eiusce generis tabulae instar descriptionis considerandae sint, usque adeo, docente ENGELEBRECHTIO q), ad exemplum protocollorum, quae maiori fide quam instrumenta ex his desumpta excipi deberent, maior fides attribuenda. Accedit, quod nec raro accidere soleat, ut subacti iudicij homines in rebus maximi momenti saepius committant errores incuriae, ipsorum dicam? an dolo assignandos. Ecqua igitur ratione se tueri poterit fecus sententium obiectio?

§. XLII.

SENTENTIAE NOSTRAE LIMITES.

Quam vero sententiam de fide litterarum inuestiturarum antiquarum recentioribus maiori defendimus, eam non tam acriter urgemos, ut, tantum abesse, existimaremus, ut limitibus eadem circumscribi non possit, ut tales potius ei ponere in praesens nobis animus sit. Quo vero limites negotio eo faciliori cognoscere possis: ob oculos ponere debemus distinctionem a iure clientelari suppeditatum feodorum in antiqua aequa ac noua r). Sub eorum nomine illa beneficia militaria veniunt, quae a descendentibus primi acquirentis possidentur, sive quae per successionem ad aliquem deponuntur. Dici solent stylo germano,

q) in *diff. de Exemplis.*r) vid. de hac distinctione ACHAT. DE DAM in *succincta iur. feudal. delineat. §. VIII.*
STVRMINVS in *diff. de feudal.*division. §. XXXI. DE LVDEWIG in *iure feudor. Cap. VI.*
et MOLLERI *distinct. feudal. Distinct. III.*

DE FIDE ANTIQVARVM LITTERARVM. XXXI

man. alte Lebn, Stamm-Lebn, Altväterlich Lebn, et Erbe-Lebn. Haec vero ea sunt, quae primus acquirens tenet per inuestiturae gratiam collata. Certe eo humani quid me non committere, aut a vero aberrare nullus crediderim, si contendam, fide maiori litteras inuestituarie recens conscriptas excipiendas esse quam antiquas, quem nempe ad mutationem in iisdem faciendam confessus tam domini directi, quam vasalli accesserit. Ita enim nil obstare video, quominus is qui feudum exsolutum seruitiorum vinculis tenuit, se obstringat ad subeunda ministeria iam certa ac definita, iam vero limitibus non circumscripta in nouioribus tabulis, de quibus nobis est sermo. Pari ratione et beneficii auctor suis fidelibus indulgere poterit, vt nec feminæ a feodorum successione excluderentur, quam in priori beneficij instrumento dispositum esset, vt masculi modo succederent. Secus vero res sese habebit, nostraque hinc opinio locum inueniet, si aut solus dominus directus, aut si absque huic auctoritate et consensu interueniente vasallus quaedam vel mutare vellet, vel suscipere, quod alienum esset tenori prioribus inuestituarie litteris. Nec aliud erit sentendum, si vnu alterue alterius consensum vi, metu, dolo extorsebit. Dubio enim caret, quin ius clientelare omnem respuat calliditatem ad decipiendum comparatam, ac eiusmodi fallacia si quis ea ad mutandas inuestiturae tabulas inductus fuerit, mutationem aequem inualidam reddat, ac aliud negotium vi doloue elicitem nullos fortiti soler effectus. Nec consensum tacitum ad mutationem demonstrandam sufficere, putauerim. Nonne enim erroris praesumtio intrat? et nonne inconcinnum esset, si eam prius viribus destitui, dixerim, quam talis mutatio legitime facta doceretur? Quae cam ita sint; consensum modo mutuum domini et directi et utilis efficere, adfirmamus, vt literae clientelares recentiores antiquioribus sint praeferendae. At id ipsum meo quidem iudicio cessabit,

fi



XXXII. MV DISQVISITIO. IURIS FEODALIS.

Si is mutuo dissensu expresse declarato fuerit revocatus. Quemlibet enim iuri pro se etiam per paclum introducto renuntiare posse, ecquis ignorat? Effectus ab his non dissimiles tribuendos, opinor, et consensui tacito. Fallo, aut, quos posui, limitibus finis aderit, si in recentioribus inuestitureae litteris mutatio modo ad certum tempus, aut ad certas conditions restricta fuerit, aut si ista mutatio modo in certarum aut personarum, aut stirpium, aut linearum fauorem esset suscepta.

§. XIV.

AD ILL. BROCKESII SECVS SENTIENTIS ARGV-
MENTA RESPONDETVR.

Declarata sententia, quid de fide antiquarum *litterarum inuestiturae* haberi credique debeat; iam, agite, in contra dicentium objectiones, quibus aduersus veritatem insurgere, eamque labefactare stident, inquiramus. Late patens esset campus, si omnia, quae astus hominum infringendo huic iuris clientelaris capiti attulit, iusto modo vellemus persequi. Sed quum arcti, quibus circumscribimur, limites id prohibeant, breuitatis curiosiores non nisi ea enodabimus, quae ad causam nostram debilitandam protulit magnificus rei publicae Lubecensis Syndicus, puta illustris BROCKESIVS s), qui alias

veri speciem dignoscere callebat,

Ne qua sub aerato mendacium timiat auro.

Palmarium vero, quod sibi putat Vir illustris se reperisse, argumentum, ab eo arcet, quod instrumentum cessionis recens litteris consignatum ultimum inuestitureae actum non minus, quam ea omnia, quae in eo expediendo peracta fuerint, indicet. Ingenue autem nobis factendum est, nihil lucri peti posse e dicto argumento.

Nam

s) in cit. diff. Wittenbergae cl. 10. CCXXXIV. habita.

DE FIDE ANTIQVARVM LITTERARVM. XXXIII

Nam putamus haec omnia concedi posse, vsque dum
vis non deest probandi rationi, quae inde deducitur.
Vndenam vero statui poterit, quod, ei robur adhuc
ad sit, si in uestiturae litteris recens constitutis inue-
niretur quipiam alienum a tenore litterarum uestiturae
antiquarum? Vndenam adfirmabitur, dictam
probandi rationem ex recentioribus uestiturae litteris
deductam fundamento non destitui, si eae fileant de fa-
cta immutatione. Tale assertum, si vrgetur, vnic
titur conieeturis, nec vlo testimonio, cui fides tuto ha-
beri possit, demonstrari potest. Quid? quod praesum-
tio semper militat, mutationem in recentioribus uestiturae
litteris conspicuam attribuendam esse aut errori,
aut dolo, aut saltem incuriae eorum, quorum est, eiusce
generis tabulas conficere. Lungamus huic nouam obiectio-
nen, quam protulit BROCKESIVS u), cuius merita in rem
publicam litterariam nulla vñquam posterorum saecula
reticebunt. Dicit, *litteras uestiturae pacta inter Dominum
et Vasallum continere, pacta contraria mutari voluntate, ita
ut prior obligatio non amplius attendatur §. 4. Inst. quib. mod.
toll. obl. L. 95. §. 4. D. de solut. hinc si in recentioribus
uestiturae litteris obligatio e diametro contraria, quae in an-
tiquioribus occurrit, reperiatur, illa obligazione standum
quum prior mutuo diffensu sublata. At enim vero si men-
tem nostram aperire licebit: nec hac obiectione aliquid
decidit integratii causae optimae. Nam, quod obici-
unt, verba aduersa tenori litterarum uestiturae eidem il-
li derogare, si inserta essent recentioribus litteris cliente-
laribus, ac proin eiusce generis verbis pacta prioribus
vestiturae litteris adiecta tolli, huius vim argumenti ac
robur, ipsi sentiunt, esse exiguum ac nullum. Certum
enim*

u) cit. diff. §. XXVII.

enim non est hoc, verbis illis, quae contraria essent prioribus *inuestitutae tabulis*, nouum caput *inuestitutae litterarum* absolu*i* consensu domini tam directi quam utilis. Etenim numquam abs me imperare possum, ut credam, natales verborum in recentiori *cessionis instrumento* obuorum ac alienorum prioribus *litteris inuestitutae* non quaerendas esse aut in scribentis incuria, aut in eiusdem errore, astutiae. At solent ut plurimum fecus sentientes *tabulam inuestitutae* consensu & beneficii auctoris et fidelis confectionem crepare, et regerere, quod, quae in ea legentur expresa, ab utroque adprobata essent, et hinc facultate uterque destitueretur, factum proprium infringendi, vel imminuendi. Hoc est geminum telum, habens cuspidem ut illud Hectoris x). At quum nihil debeat contemni in hoste, eam nos accusationem caute retundamus. Suademus vero, velint fecus sentientes recolere animo sincero, quae sequuntur. Nemo dicet approbationem istam, quam virgine, simpliciter, esse capiendam; sed eam potius secundum quid intelligendum; maxime quum uterque dominus foueant opinionem, tenorem *litterarum clientelarum* non repugnare veritati, et consensum non nisi cum condicione, si veritati consentaneum foret *cessionis instrumentum*, declarari, hinc ea conditione deficiente, consensum interpositum nullos sortiri effectus. Sed praeter haec tertio obiicit illustris BROCKESIVS y), iura permittere, ut contrabentes possint contractum vel in totum vel pro parte reformare, aut mutare, addere, aut detrahere, modo tertii absit praeiudicium, unde prono aliwo fluere, immutationem quae in recentioribus *inuestitutae tabulis* legitur, validam esse, atque firmam. Non difficile est, respondere ad hanc obiectionem. Tantum enim abeit, ut quae proposita sunt, abnuamus, et iis potius adstipulemur. Num vero adseri poterit,

x) Apud HOMERVM, *Iliad.* Y, βίλος ὅτε πάρειδεν.
437. Δεξὶ βαλάνῳ ἐπειὴ ναι ἔμον y) cit. loc. §. XXVIII.

DE FIDE ANTIQVARVM LITTERARVM. XXXV

poterit, quaestionem inde discuti, quod utriusque domino animus fuerit, quaedam in litteris inuestiturae recentioribus immutandi? Ego sane non crediderim, id ex adductis verbis elucere. Atque ut, quod sentiam, ingenuo fatetur, is mihi magnus erit Apollo, qui exinde commentum non incrustans ostenderet, ob dubium obmotum prae-sumptionem haud parum a veritate alienam adesse, quod mutatio in recentioribus inuestiturae litteris conspicua valida sit atque firma.

§. XV.

VLTERIOR RESPONSI O AD SECVS SENTI-
ENTIVM ARGVMENTA.

Denique inter varias obiectiones ab illustri BROCKE-
SIO in medium allatas non est ultima, quae inde arcessi-
tur z), quod pacta deliberato animo censantur, hinc et vo-
luntas contrabentum in litteris inuestiturae expressa, deli-
berato animo praesumatur declarata. Id concedendum es-
se, quis non videt? si in litteris inuestiturae mentio volun-
tatis expressae iniiciatur. At σποθέται eidem illi nuntium
mittimus; sicuti in dictis inuestiturae tabulis εδει γε ratione
conventionis animo deliberato initae inueniatur.
Nam non incongrue GODDAEV S) inuestiturā, inquit,
tantum probare, quantum loquuntur, tantum vero easdem
loqui, quantum in iis expressum, pro espresso vero haben-
dum, quod in inuestiturae instrumento legi possit, ac ideo ab
inclusione specificatorum ad exclusionem aliorum omisorum,
argumentum in caussis feudalibus stringens duci posse. Si
non taedet, et alias secus sentientium rationes non con-
temendas legere: paucis nunc adscribamus ac diluamus
absque animi acerbitate obiectionem eo redeuntem; pacta

E 2 respic-

z) l. c. §. XXX.

*) Confil. Marburg. 37.n. 279.



XXXVI **M** DISQVISITIO IURIS FEODALIS **10**

respicere contrabentes, eorumque heredes, non tertium, hinc antiquas inuestiturarum litteras singularem feudi possessorem rem non stringere, quare ut praesens feudi possessor obligetur, nouiores inuestituree litteras ipsi exhibitus considerandas esse, unde fluere videtur, quod si v. c. in nouioribus inuestiturarum litteris zwey Ritter-Pferde, tanquam onus feudo adscribatur, in antiquioribus unius equi mentio occurrat, praesens possessor et quidem singularis non ex antiquioribus litteris sed nouioribus ad servitiam duobus equis praestanda obligaretur. Vengrandis difficultatis res non erit, paucis ostendere, quod hic aduersariorum hebetes sint, atque inualidi. Forsan quod mihi met adspicuntur iuris clientelaris doctores, quos constat, ut citius Herculi clavam extorqueri, quam iisdem sententiam a nostra alienam suadere posses. Minime. Tralatitia namque est, et apud omnes recepta opinio, quod, quam celebrarunt beneficii militaris auctor atque fidelis, conuentio aequa ac inuestitura prima quoscunque feodorum possessores teneat, adeo, ut ab eo recedere hi nequeant; quandoquidem initio contractu beneficiario feudum nasci incipiat non minus, quam constituantur introitus solemnibus. Quae quam ita se habeant, is, qui in rei beneficiaria lege creditae possessionem intrare animo gestit, contractum feodalem cum domino directo initum feruet, nec feudum alia ratione acquirat, quam saluis obligationibus cum eodem connexis, seu quibus priores possessores intuicu dominii utilis obnoxii fuerunt. Has ipsas vero obligationes contineri antiquioribus inuestiturarum litteris, dubio caret. Restarent pauca, quae dissidentes obuertunt. Sed nolumus in iis repellendis, tempus perdere; maxime quam absoluta hac commentatiuncula forte offerebatur beati SIEGELII commentatio b), ad

b) *De litteris inuestituree.* Non dissimilia forsan inuenies in ill. BAVERE diff. de litteris inuestituree, quam perlegere mihi non contigit.

DE FIDE ANTIQVARVM LITTERARVM. XXXVII

ad quam letores ablegabo. Caeterum ne credas velim,
lector eruditus, quod, quia defendi, maiorem antiquioribus,
quam recens scriptis inuestiture litteris, fidem habendam,
illud Plautinum c) nota mala res optima est, adprobem.
Si enim argumenta, quae contrarium eius, quod adserui,
euincunt, inueniam: veritati vietas dare manus honoris-
ficum magis, quam inglorium putabo, memor dicti illius,

qui interrogatus, quid Deo simile habeamus? cor-


date respondit ἐνεργεῖτων καὶ

ΑΛΗΘΕΙΑΝ d).

c) In Trinum. I. 2. 25.

d) Teste DIONYS. LONGIN.
nisi θεος Cap. I. quem vero
non absimilem est fuisse p-

THAGORAM, cui AELIA
NVS τουτῆς Isagoras Lib. 12.
Cap. 59. hanc sententiam tribuit.



NOBIS

NOBILISSIMO ET ORNATISSIMO IUVENI
HENRICO IVLIO ERNESTO BEHM
ALBERTVS PHILIPPVS FRICKIVS, D.

Xalgev nūd eū πόττεν.

Si, quod POMPONIVS L. XX. dig. de Fideic. Libert. egregie monet, dicensi cupiditas sola viuendi ratio optima est: tv certe, amice in primis charae, ingenuae et liberalis doctrinae rectam ingressus viam, optimamque viuendi rationem amplexus es. Etenim laudanda est egregia illa assiduitas, cum prudentia non vulgari coniuncta, qua non solum in amoenis iuriis iurisprudentiae virtutis et iuris viviuersi campo emetendo, sed et insuper omni elegantioris litteraturae apparatu euolundo ita es versatus, ut nil ad ostentationem, ad communem vero utilitatem omnia referres alienus adeo ab eorum rationibus, qui vel Schlendria-num, inclitum illum, oti communis, si et academicarum vitae magistrorum incuriosi sequuntur, vel Charlataneriae praestigitis capti vento sumique pascuntur. Quid mirum igitur, vt etiam in arctiori confuetudinis quotidianaे vinculo iunctus mibi non esses, te amarem ob vitae morumque conditionem, cui nemo quisquam, nisi qui virtuti inuidet, debita laudis testimonium denegabit? Quid mirum, vt, quum tanta apud nos cum laude versatus sis per toium illud tempus, ex quo iusud Collegium Carolinum et vel ea propter laudibus extollendum, quod homines excelsi loco nati et negotiis gerendis reburque publicis administrandis definiti mature ibidem discere possint, quibus artibus ciuitates conseruari, regi, amplificari debeant, cum patria Academia cummutasti, nemo non aquies studiorum studiisque partae eruditiois estimator TIBI sit applausurus, egregiae animi TVI dotes explicanti? Quid mirum, si misimeti ipse gratus, quod meo praefatio cathedram concendere, descendereque volueris dissertationem quandam iuri's clientelaris? Sed ne in TVAM gratiam blandae orationis artificio irreperere videar: nolo in meritiissimas TVAS laudes excurrere. Potius quum praeter Virum illustrem et magnificum rei publicae Lubecensis Syndicum, DREYERVM, nosræ aetatis ICTUM primarium, habeas etiam in familia TVA, viua adhuc exempla, doctissimos et clarissimos in omni doctrinas generis viros; humanissime TE rogito, ut eos imitari, vt eos sequi, vt eorum exempla TIBI virtutis doctrinaeque et praecepta et incitamenta esse velis. Cacterum concedat TIBI Deus Optimus, Sancti Flaminis nutum opemque, quo omnia, quae magni nominis ICTUM perficiunt, asequi olim queas. De animo autem in TE meo ita habe, cum semper fore, qui hodie fuit, imo gratam acceptamque fortunam mibimet ipsi eventuram esse, si TE aliquando, scuti doctrina, litteris, honore; ita reliquis bonis omnibus, quibus vita hominum delectatur, maclum cumulataunque perfpxero. Dabam Helmstedii d.VIII.I.Cal.Ian. qui in sacris fastis est vigilia natalis Iesu Christi anno c1717CCLX.

ULB Halle
005 382 203

3



B.I.G.



DISQVISITIO IVRIS FEODALIS
DE
FIDE
ANTIQUARVM LITTERARVM
INVESTITVRAE RECENTIORIBVS
MAIORI
QVAM
ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS
AVCTORITATE
PRAESIDIO
D. ALBERTI PHILIPPI FRICKII
FACVLATAT. IVRID. ADIVNCTI
AD D. XXIV. DECEMBR. MDCCXLX
IN IVLEO MAIORI
PUBLICO EXAMINI
SUBMITTIT
HENRICVS IVLIVS ERNESTVS BEHM
BRVNNSVICENSIS.
HELMSTADII
TYPIS IOANNIS DRIMBORNIL

1760, 2

